

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Decreta

Brant, Sebastian

[Basel], after 1. März 1499

Sessio septima celebrata in ecclesia maiori Basiliensi .viii. idus mensis
novembris

[urn:nbn:de:bsz:31-313515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-313515)

Sessio septima

omnia concilio referrent. De quibus oibus et singulis promissis prefati pro
motores nomine concilii petierunt/ et quilibet eorum petijt/ ad perpetuam rei
memoriam sibi fieri a nobis notarijs unum vel plura instrumentum et instru
menta. Datū in sessione publica eiusdem sancte ut supra.

¶ Sessio septima celebrata in ecclesia maiori Basiliensium. viij.
idus mensis nouembrii.



Acrosctā generalis Sy

nodus Basiliensium. in spiritu sancto legitime congregata
vniuersale ecclesiam representans ad perpetuam rei me
moriam. Dudum hec sancta synodus super electione ro
mane pontificis in casu vacationis sedis apostolice
hoc sacro durante concilio quoddam edidit decretum hu
iusmodi sub tenore/ ad prouidentie spectat officium
perspicaci consideratione futura prospicere/ ut habetur

in quarta sessione/ et ideo non fuit necesse hic inferere.

¶ Prorogatio temporis cardinalium veniendi ad concilium tempo
re vacationis papatus.

Quam autem ex eodem decreto apud aliquos exorta sit dubitatio
omnis occasione tempus decem dierum ad intrandum conclaue primitum
sancte romane ecclesie cardinalibus per constitutionem editam in genera
li concilio lugdunensi. saltem a tempore note vacationis in loco huius con
cilij curreret/ et artaret quod nimis rigidum videret/ et terminus nimis
breuis propter multos ex eisdem cardinalibus qui a loco ipsius concilij esse pos
sent in remotis locis absentes. Hec sancta synodus. Lupiens omnem
dubitacionis materiam amputare. Et ea que ad pacem et unitatem ecclesie dei
sancte accomoda sunt vigilanti studio prouidere/ et tam in his quam in om
nibus que fidei catholice exaltationem generalibus reformationem et pacem
populi christiani concernere dinoscunt pro quibus est in spiritu sancto
legitime congregata cum omni modestia debitaque maturitate proce
dere presentis decreti tenore decernit quod in casu vacationis sedis apo
stolice presente durante concilio ante sexaginta dies a die vacationis con
tinue computandos ad electionem romane pontificis minime procedatur
Statuit quoque hec sancta synodus quod de beneficijs cardinalium qui
proa pre insertum decretum aliquid presumpserint attemptare statim possint
per eos ad quos de iure communi spectat libere disponi per viam colla
tionis presentacionis electionis seu cuiuslibet alterius promotionis. Etiam si
essent ecclesie metropolitane cathedrales aut alia quecumque beneficia
quocumque nomine censeant que in titulum vel commendam a predictis car
dinalibus tenent reservationibus aplice specialibus aut generalibus/ et
alijs in prerogatiuis facientes minime obstitantibus. Datū in sessione publi
ca eiusdem sancte synodi in ecclesia maiori Basiliensium. solenniter celebrata. viij.
idus nouembrii. Anno a natiuitate domini. M. cccc. xxxij.